Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Liber

dimittē / ecce percutiam omnes terminos
tuos / ranis Et ebulliet fluvius
ranas / quæ intrabunt domum
tuam / et cubiculum lecti tui / et super
stratum tuum / et in domos servorum
tuorum / et in populum tuum et in furnos
tuos / et in reliquias aborum tu
orum / et adhuc et ad populum tuum / et
ad servos tuos intrabunt ranæ /
Dixitque dominus ad moysen / Dic
ad aaron / Extende manum tuam
super fluvios / et super rivos / ac pa
ludes / et educ ranas super terram
egipti / Extendit aaron / manum
suam super aquas egipti / et asten
derunt ranæ / operueruntque terram
egipti / Fecerunt autem malefici
per incantationes suas similiter / educe
runtque ranas super terram egipti /
Vocavit autem pharao / moysen
et aaron / et dixit eis / Orate
dominum ut auferat ranas / a me
et a populo meo / et dimittam populum
ut sacrificet domino / Dixitque moy
ses pharaoni / Constitue mihi
cui deprecer pro te / et pro servis tuis /
et pro populo tuo / ut abigantur
ranæ a te / et a domo tua / et
tantum in flumine remaneant / Qui
rendit / Cras / At ille / Iuxta vem
bum tuum fiat / ut scias quoni
am non est sicut dominus deus noster / et re
cedent ranæ a te / et a domo
tua / et a servis tuis / et a populo tuo /
tantum in flumine remanebunt / Egressi
que sunt moyses et aaron a pha
raone / et clamavit moyses
ad dominum / super locutione ranarum quas
dixerat pharaoni / Fecitque
dominus iuxta verbum moysi / et
mortuæ sunt ranæ / de domibus
et de villis / et de agris / con
gregaveruntque eas in vermicu
lorum congeries / et computrui terra / Vi
dens autem pharao / quod data esset
requies / ingravavit cor suum et
non audivit sicut præcepat dominus /
Dixitque dominus ad moysen / Lo
quere ad aaron / Extende virgam
tuam et percute pulverem terræ / et
sint cynomyiæ / in universa terra
egipti / Fecerunteque ita / Extendens
aaron manum / virgam tenens / per
cussitque pulverem terræ / et facti
sunt cynomyiæ in hominibus et in
mentis / Omnis pulvis terræ versus
est in cynomyiam / per totam terram e
gipti / Fecerunteque similiter malefici
in incantationibus suis / ut educerent
cynomyiam / et non potuerunt / Erantque
cynomyiæ tam in hominibus quam in iu
mentis / Et dixerunt malefici ad
pharaonem / Digitus dei est hoc /
Sed durabatur est cor pharaonis
et non audivit eos / sicut præcepat
dominus / Dixit ergo dominus ad moysen /
Consurge diluculo / et sta coram
pharaone / egredietur enim ad
aquas / et dices ad eum / hæc di
cit dominus / Dimitte populum meum
ut sacrificet mihi / Quod si non di
miseris eum / ecce ego mittam in te /
et in servos tuos / et in populum tuum /
et in domos tuas / ore gravis mus
carum / et implebuntur omnes domos
egiptiorum muscis diversi generis /
et universa terra in qua fuerit / sa
ciatque mirabile / in die illa / terram
gessen / in qua populus meus est /
ut non sint ibi muscæ / ut scias
quoniam ego dominus in medio terræ /
Ponamque divisionem inter populum
meum / et populum tuum / Cras erit
signum istud / Fecitque dominus ita / et
venit musca gravissima in domum
pharaonis / et servorum eius / et
in omnem terram egiptiorum / Corrup
taque est terra ab huiusmodi muscis /